

11, 12, 13. p. 160. de Except. Caterum de Salvo Conducto legi possunt Carp-
zov. part. 3. question 112. p. 107. Pract. Criminal. Et Blumbl. ad h. art. pag. 185.
& seqq. Posteriore modo, ut si testes cogantur per loca hostilia aut pesti-
fera transire, aut quæ alio contagioso morbo infecta sunt, utique tum
testes poterunt exceptione loci non-tuti se excusare, quo minus con-
tumaciæ fiant obnoxii.

ARTIC. LXXVII.

Ne mora longa in processu toto interponatur.

Das Recht förderlich ergehen zu lassen.

Wirkosten zu vermeiden / setzen und ordnen wir / daß in allen pein-
lichen Sachen dem Richter schleuniglich nachgegangen / verholst
fen / und gefährlich nicht verzogen werde.

AD ARTICULUM LXXVII.

ARGUMENTUM.

*Ad evitandos sumtus & expensas Judiciales cause criminales quantum
feri potest, maturè & celeriter expedienda, nec temerè cum partium litigan-
tium periculo protrahenda sunt.*

EXEGESIS.

Duo hic sunt observanda. 1. *Litium Criminalium abbreviatio.*
Etenim si Jura quàm maximè laborant, ut, quantum fieri queat,
lites & controversiæ civiles maturè perducantur ad exitum, quan-
tò magis justum fuerit, negotia criminalia absque non necessariis pro-
tractionibus & dilationibus ad finem deducere. per l. 2. C. *Ut intra certum
tempus criminali questio terminetur.* præcipuè l. 2. C. *ead.* vult biennii spa-
tio controversias criminales finiri, quæ lex licèt quàm maximè videat-
ur utilis; hoc tamen in desuetudinem venit, ita, ut nunc qui-
pem in arbitrio Judicis positum sit, pro qualitate rei seu causæ & perso-
narum tales lites terminare,

Nn 2

2, Causa